



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Aliis Orientis populis idem usitatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

ita Hebræi tibiatim calcearunt. Id intellexisse videtur vulgatus interpres, qui ὑπὸ & οὐρδαλίαις caligas vertit, quas in crure lorum seu corrigiam ambiisse ostendimus. Atque id aliis Orientis populis usitatum quoque fuisse, ex Virgilio videre est, qui de Tyriis virginibus canit:

*Mos est virginibus Tyriis gestare pha-
retram,*

Purpureoque alte suras vincire cothurno.

Hac ratione videmus, quomodo & soleæ Hebræorum tingi colore potuerint. Etenim uti cothurni punicei vel purpurei coloris fuerunt apud Tyrias virgines, quo colore, saltem inferiori ævo, etiam fuisse Imperatorios campagos certum est, & soleæ rubræ, unde illud Persii

Pers. Sat. 5.
¶ s. 69.

— Solea puer objurgabere rubra,
ita & soleæ Hebræorum rubri vel coccinei coloris esse potuerunt. Nam uti calcei cavi, vel nigri, vel mullei dicebantur, ab eo colore quo corium, quod pedem tegebat, tinctum erat, ita & soleæ vel rubræ vel coccineæ dicebantur, à

G. 3. COR-